



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Qvæstio LII. De comparatione Angelorum ad loca.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

mat: non tamen conuertit cibum in suam substantiam, sed sine villa concoctione, vllóque sui corporis motu, labi per intestina fecit, nulla parte illius in suam substantiam conuerta, aut certè cibus ille resolutus in aëream, vel aliama similem substanciam, exhalauit, vt multis magis placet. Angeli verò nec motu animali corporis assumpti terebant, & deglutiebant cibum, nec illum transmittebant in partem, in qua natus esset conuerti in substantiam eius viuentis, quod illum sumeret: quare solum similitudine quadam translatiè dicebant comedere. Augustinus tamen epistola 49. qu. 1. & in lib. 13. de Ciuitate Dei cap. 22, innuere videtur, eos verè comedisse, esto non propter indigentiam: quamuis hoc posteriori loco addat, posse id in dubium vocari. Idem habetur lib. 3. de mirabilibus sacre Scripturæ ca. 14. tomo 3. operum Augustini: liber tamen ille non est Augustinii: nec multum mirandum est, quod id feratur Augustinus, cùm Angelos crediderit esse corporos, atque adeò animalia: Scotus in 2. dist. 8. qu. 1. aliunde motus est, vt affirmaret, Angelos in corporibus assumptis verè comedisse: nempe quia credidit comeditionem non esse operationem vitalem.

*Sicut sententia
narratur.*

*Angeli assu-
munt corpora
non propter
se, sed
propter nos.*

At reuera autoritas illa Tobiae cap. 12. fatis aperte innuit illam non esse veram comeditionem. Idemque persuaderi explicatio vera comeditionis quam adieccimus. Quare dicendum est cum Diuo Thoma: hoc loco ad quintum illam non fuisse veram comeditionem.

Vnum supereft aduertamus, Angelos non sumere corpora propter se, sed propter nos, vt nobis appearant. Angelii quidem boni in commodium nostrum: mali verò in nostram perniciem. Deus tamen id sèpè permittit Angelis malis, verritique in bonum nostrum. Effigies autem oculorum, aurium, &c. que in corporibus assumptis ab Angelis apparent, inferiunt: tum, vt corpus illud referat corpus humatum, aut alterius animalis, si in effigie alterius animalis apparent: tum etiam in signum, quod ipsis etiam cognoscunt, & percipiunt non quidem per sensum aliquem, sed per intellectum.

QVÆSTIO LII.

De comparatione Angelorum ad loca.

ARTICVLVS I.

Virum Angelus sit in loco.

DISPUTATIO VNICA.

VT disputatione hæc dilucidior sit in quinque membra sequentia erit diuidenda.

MEMBRVM I.

De variis modis existendi in locis.

*Eff. in loco
disiudicatur in
tua membra.
Quid sit de-
finitiù in lo-
co eff.*

*Eff. in loco
per immensi-
tatem quid.*

*Circa
responso
medio.*

SUMPTO loco latè, vt dicitur, non solum de superficie corporis continentis, sed etiam de spacio, siue illud corpore sit repletum, siue non, quo pacto qu. 8. artic. i. disput. 3. ostendimus extra celum esse infinitum spatum. Esse in loco latissimè sumptum, dicitur in esse in loco definitiù, & in esse in loco fine villa definitione ac mensura. Illud dicitur esse in loco definitiù, quod ita est in tanto finito loco, vt non sit in maiori. Illud verò dicitur esse in

A loco sine definitione & mensura, quod ita propter imminutitatem sue essentia & substantia, est in spacio, vt nullis finibus illius contineatur, sed ubique sit in toto spacio infinito, quod à centro vniuersi in omnem partem supra omnes orbes celestes, ultra quam aspergili possumus cogitando, protenditur, quod totum potest syncathorematice replere corpore, hoc est, non tantum illius, quin maius in infinitum: quod Deo conuenit, vt quæst. 8. ostendimus.

Porro duobus modis potest dici aliiquid esse in loco definitiù iuxta modum explicatum. Vno, *Duobus mo-
dus dicitur
aliiquid esse
in loco defi-
nitio.*

B actu, quia videlicet ita de facto est in tanto loco, vt non sit in maiori, siue eodem genere existendi in loco possit esse in maiori, siue non. Altero etiam potentia, quia videlicet eodem genere existendi in loco, non potest esse in maiori. Si ergo sphaera spaci, in quo Angelus aliquis possit esse simul sit vnius leucæ: Angelus verò ille contrahat suam substantiam ad existendum solum in dimidio illius (quod inferioris ostendetur efficere posse pro sua libertate) erit quidem Angelus ille in illa dimidia leuca definitiù priori modo, non verò posteriori.

Obserua deinde, Deum duobus modis dici esse in spacio. Vno, simpliciter: quo pacto sine villa prorsus definitione ac mensura dicitur esse ubique. Alio modo repletuè, hoc est, replendo illud corporibus:

*Deus ut sit
in loco.*

C quo pacto solum sit in eo spacio, quod replet corpora. Quia ergo modus hic, quo Deus in spacio rebusque creatis existit, mensura certa, certique terminis concluditur, non quidem quoad quantitatem spaci, in quo e modo esse potest, sed in quo de facto est, posset concedi eo genere existendi esse definitiù in loco, iuxta priorem modum ex duobus explicatis; non verò iuxta posteriorem. Quamvis numquam absolute concedendum sit, nec afferendum, Deum esse in loco definitiù: sed cum addito & distinctione, nempe replendo locum, & quoad spaciū quod de facto replet: non verò quoad illud, quod sua omnipotencia replere potest.

Licet modus, quo corpus Christi sub speciebus sacramentalibus existit, rationeque earum, in spacio, quod ipsa occupant, siue peculiare nomine habeat, appelleturque existentia sacramentalis. Ac licet corpus Christi existere eo modo possit, non in tot hostiis, quin in pluribus, & non in tanta quantitate specierum, quin in maiori: quia tamen in quocumque temporis puncto, est in hostiis certis ac definitiù, & in vnaquaque earum est sub certa quadam quantitate, atque adeò modus ille existendi terminum ac mensuram eo modo recipit: concedi etiam posset, in quocumque temporis puncto esse Christi corpus definitiù in hostiis consecratis, que tunc sunt, &, quoad singularem existentiam, quam in vnaquaque designata hostia haberet, esse definitiù in quantitate illius hostie, iuxta priorem sensum ex duobus explicatis, quibus aliiquid dicitur esse aliquid definitiù: non verò secundum posteriorem. Numquam tamen sine distinctione concedendum est, corpus Christi in sacramento altaris existere definitiù, sed, loquendo simpliciter, solum est afferendum, ibi esse sacramentaliter: qui existendi modus supernaturalis, ac peculiaris est corpori Christi.

E Eff. in loco definitiù (sumptum communissimum, vt de eo haec ten locuti sumus) subdividitur, in esse in loco per commensurationem cum eo, ita scilicet, vt quanta est vera aut imaginaria quantitas loci, tanta sit locati, & è contrario, & in esse in loco definitiù, sumpto vocabulo presè, prout easo-
*Eff. corporis
Christi in
Eucaristia
sacramento
an sit esse de-
finitiù.*

Subdiuisis.

hūm dicuntur definitiū esse in loco, quæ cūm ita sunt in tanto, vel tanto finito loco, vt non in maiori, eum eo tamen non commensurantur, sed sunt tota in toto, & tota in qualibet parte. Cūm enim nomen diuisi, iuxta propriam illius significatiōnem, etiam priori membro diuidenti conueniat: cō quod illa, quæ commensurantur cum loco, extra illum non existant, cōquæ definiantur: ob nominum tamen penuria, ad eorum differentiam, accommodatur etiam peculiarier ad significandum posterius membrum diuidens. Acque hæc est frequentior usurpatiō, qua sumitur vocabulum illud esse in loco definitiū. Priori modo sunt in loco sola corpora, nec tamen omnia comparatione cuiusque loci, in quo sunt: quippe cūm corpus Christi comparatione eius spaci, quod species sacramentales occupant, non sit per commensurationem, sed sit totum in toto, eo spacio, & torum in quolibet illius puncto. Posteriori vero sunt in loco substantiae spirituales, & ratio[n]e earum ea, quæ in eis sunt ut in subiecto, atque etiam corpus Christi comparatione spaci, quod species sacramentales occupant.

Mundi universitas, seu sphaera, vniuersitatem quomodo sit in loco.
Ella in loco per commensurationem subdiuidi potest, in esse in loco circumscriptiū, & sine circumscriptiōne. Hoc posteriori modo sunt in loco vniuersum integrum, seu ultima sphaera. Licet enim commensurantur cum spaci, quod occupant, non tamen circumscrībuntur loco: cō quod à nullo corpore ambiantur, cāque de causa non sunt in loco pro superficie corporis continentis. Priori vero modo sunt in loco reliqua corpora. Notarim tamen, quod cūm ea, quæ vnde termini eius spaci, in quanto & singulis illius partibus sunt tota, definuntur, quodammodo cīdem terminis circumscrībantur & includantur, interdum sancti de iis, quæ p[ro]fessi sunt in loco definitiū, vt de Angelis conseruant dicere, ea circumscrībi loco. Vnde Damascenus lib. i. fidei orthodoxæ cap. 17. de Angelo ait: Non dicitur esse nusquam, sed aliquid intelligibiliter (hoc est, non in loco reali, sed qui intellectu percipitur) circumscripti. Et infra. Sola divinitas nulla comprehensione contenta: Angelus enim & seculo circumscrībitur (incipit enim esse), & intelligibilis loco, ut diximus.

M E M B R U M I L.

Quod substantia ipsa Angeli sit in loco, nec tamen sit in omni loco.

FESTA quorundam opinio, vt Durandus in 1. dist. 37. parte 2. quæst. 1. refert, afferentium Opinio afferentium angelis substantiam non esse in loco, sed dumtaxat illius operationem transeuntem: neque ratione illius substantiam Angeli dici esse in loco, nisi e[st] modo, quo causa immediata dicitur esse quodammodo in suo effectu, & mouens in moto. Non defuerunt quidam alii, vt D. Thomas a[dam] d[icit] q[ui] art. 1. refert, qui affirmauerint, substantias separatas nullo modo esse in loco: cō quod arbitrii fuerint, nullam operationem transeuntem ab eis emanare, sed solum esse in eis operationes immanentes. Dicunt etiam videntur ad hoc asserendum ex illis verbis Aristotelis 1. de cœlo ca. 9. textu 100. Quapropter neque qua illic sunt (extra cœlum videlicet) nata sunt in loco esse, neque tempus ipsa facit sensere, neque illa transmutatio velis: eorum est, quæ super extrema sunt latrone, sed inalterabili. & impassibili, optimam habentia vitam, & per se sufficientissi-

mam perseverant toto euo.

Prima sententia non satis concinit cum Scriptura pugnans. Ex illo enim Apocal. 12. *Draco pugnat, & Angeli eius, & non valuerunt, nec locus innenitus est eorum amplius in cœlo, & ex multis aliis, quæ statim aduersus Durandi sententiam allegabimus, cōstar aperte Angelos esse in loco. Præterea ex eisdem*

Scripturis constat, angelos multis apparuisse, multaque exterius fuisse operatos, & demones multorum corpora intraesse, indeque à Christo Domino, &

sanc[t]is Apostoli fuisse expulsos: ergo error est affirmare eos nihil exterius agere, cāque ratione non esse in loco. Item error est negare animas sanctorum Patrum fuisse in limbo, & esse mōdū, non eas tantum, sed alias etiam multas in cœlo: cū ergo ead

dem sit ratio de Angelis beatis, dicendum est, eos esse in loco. Vnde articulus quidam Parisiensis.

Quod substantia, inquit, separata nusquam sit secundum substantiam, error, si intelligatur quod substantia non sit in loco. Hac in re contentivit nobis cum Philosophis Aristoteles namque 1. de cœlo cap. 3. textu 22.

Vniuersis, inquit, qui Deus esse putant, tam Graeci quam barbari, ipsum supremum locum Dei tribuant. Et 4. Physicorum ca. i. textu 1. Omnes, inquit, ea, que sunt, aliquid esse existimant: quod vero non est, nusquam est. Ex quibus constat, haec duo, est, & aliquid est, recipiari apud Aristotelem. Tullius præterea libri

Tusculanarum questionum: Si ergo, inquit, apud inferos miseri non sunt, nec sunt quidem apud inferos ulli, ubi sunt ergo i, quos miseros dicunt aut quem locum incolunt: si enim sunt, nusquam esse non possunt. Quando ergo Aristoteles 1. de cœlo textu 100. dicit: Substanias separatas non esse aptas esse in loco: intellexit, circumscriptiū, seu per commensurationem cum loco: non vero eas nullib[us], hoc est, in nulla parte spaci, veri, aut imaginarij existere. Quin potius ex illo testimoniō Aristotelis colligitur contrarium: cū dicat ita eas esse ibi, vt non alibi. Eodem modo intellegendus est Boëtius dum in libro, an omne quod est, bonum sit, ait: Communem animi conceptionem esse apud sapientes, incorporalem in loco non esse: circumscriptiū videlicet, aut per commensurationem cum loco: secus autem definitiū, aut sine illa: menura ac definitione, quo pacto solus Deus est in loco. Eodem modo sumit Augustinus esse in loco, dum lib. 83. questionum q. 20. ait, Deus non aliquid est: quod enim aliquid est, continetur loco: quod continetur loco, copiæ est: Deus autem non est corpus. Neque enim negat, Deum, quoad suam substantiam, præsentem esse omnium loco, cūm inferius subiungat: Locus tamen Dei abusus dicitur templum Dei: non quod eo continetur, sed quod ei praesens sit. Et 7. de Giuit. Dei ca. 30. eum dicat, Deus ubique totus nullus inclusus locis. Eodem modo sumit esse in loco 8. super Genesim ad literam cap. 2. & sequentibus, ac alias lepe, dum affirmat corporales quidē creaturas moueri à Deo per tempora & loca, spirituales vero per tempora, non vero per loca. Vnde cap. 2. de anima rationali ait: Cui non facile occurrat, quod per locum non mouatur, quæ per loci spatiæ non dis tenduntur? quidquid autem per loci spatiæ distenditur, corpus est, ac per hoc consequens est, ut anima per locum moueri non patetur (commensurando videlicet se locis quæ perfrantur) si corpus non effreditur. Confonat his omnibus Damascenus 2. lib. fidei Orthodoxæ capite tertio, dum de angelis ait:

Cum mentes sint, in intellectualibus locis sunt (hoc est, qui mente percipiuntur) non corporaliter secundum naturam figurantur, neque tria sunt in illis magnitudinis intervallo,

(id est,

(id est, trina dimensio) sed intellectualiter adsum, & operantur ubique iussi fuerint, & non possunt secundum idem, sic, & illuc esse, & operari.

Durandi opinio afferunt angelum non esse in loco per suam operationem. Tum quia prius est Angelum praesentem esse loco, quam in eo quidquam efficiere: eò quid præsentia, coniunctio cum loco, sit conditio prærequisita ad agendum in eo immediate immediatione suppositi, ut Aristoteles 7. Physicorum, & 1. de generatione affirmit, lumenque ipsum naturæ docet. Tum etiam quia quemadmodum, si à substantia corporea diuina potentia separatur quantitas, & collocetur in alio subiecto, quantitas illa non potest esse ratio existendi in loco substantiae illi, à qua separata est: ita cum operatio Angeli transiens non sit in Angelo tamquam in subiecto, sed in re corpore, in quam Angelus agit, non potest esse ratio, cur Angelus existat in loco.

Vnde etiam angelum esse in loco per præsentiam ordinis, & operique. Deinde vero inclinat, & cum formidine afferit, Angelum esse in loco per præsentiam ordinis sue substantiae ad locum absque illo situ in eo. Appellat autem præsentiam ordinis habitudinem, quam Angelus ex eo habet ad locum, quid possit agere in eo immediate immediatione suppositi. Quare, inquit, cum Angelus possit indifferenter agere immediate ubique, sit ut sit ubique, inquit, si esset plures mundi, esset ubique in illis omnibus: eo quid indifferenter possit agere immediate in singulis ilorum partibus. Subiungit vero, longe alter esse Deum ubique, quia sit Angelus: quippe cum Deus sit ubique replendo, & conservando omnia loca, eaque, quae in eis sunt. Angelus vero minimè, sed per præsentiam ordinis tantum, ita scilicet, ut licet possit agere immediate in quacumque partem vniuersitatis, eaque de causa sit in omnibus simul per præsentiam sue substantiae comparatione cuiusque carum, non tamen possit agere in omnibus, nec in multis simul, sed successivè, nec in qualibet earum, quemcumque effectum producere, sed certos & determinatos. Hec dilucidiora reddentur dicendis membro sequenti.

Angelum non esse ubique studiatur. Sententia hæc, quatenus affirmat Angelum esse ubique per præsentiam sue substantiae, singularis est, & parvutate in fide: iuxta cæcum dicendum est, Angelum non esse simpliciter definitius in loco. Potest vero impugnari sequentibus Scripturae sacrae testimoniosis. Apocal. 12. *Draco pugnabit, & angelus eius, & non valuerunt, nec locus inuenient est eorum amplius in celo.* Et proœctus est draco ille magnus & serpens antiquus, qui vocatur *Diabolus & Satan*. Et inferius, *Vt terra, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam*. Luca 10. *Videbam Satanam quasi fulgor de calo qadentem*. Tobia 8. *Raphael Angelus apprehendit demonium, & reliquias illud in deserto superiori Ägypti*. Job 1. *Circunui, inquit Satan, terram, & perambulauit eam*, Ioan. 5. *Angelus Domini descendebat secundum tempus in piscinam*. Quod si Angelus si ubique, sicut nec deferere locum, nec alligari alicui certo, & peculiari loco, nec moueri ad locum potest: quæ omnia cum testimoniosis Scripturae citatis, & cum plerisque aliis pugnant.

Immensitas soli Deo tribui solet tamquam quid ei proprium, iuxta illud Symboli Athanasij: *Immensus Pater, immensus Filius, &c.* immensitas namque infinitatem essentie consequitur: si autem Angelus ubique esset, etiam non in tot mundis, quin in pluribus, si Deus eos crearet, esset sicut immensus. Præterea in Scripturis sanctis, Deo tamquam ipsi proprium, tribuitur esse ubique. Iere,

A 23. *Cælum, & terram ego impleo*. Sapientia 1. *Spiritus Domini replete orbem terrarum: quæ duo testimonia eum habere sensum ostendimus questione 8. articulo 1. disputatione 1. Accedunt sanctorum Patrum testimonia. Damascenus enim, ut relinquam testimonia paulo ante & præcedente membro ex illo relata, libro 2. fidei orthodoxæ capite 3. de Angelis sic loquitur. Circumscripsiunt: cum sunt in celo, in terra non sunt, & in terram a Deo missi, non remanentes in celo*. Chrysostomus in commentariis Epistola ad Hebreos in illa verba capituli primi: *Nonne omnes sunt administratores filiorum, &c.* Dicrimum constituit intermissionem Filii Dei, & Angelorum: quod Filius Dei de loco ad locum non pertransiit, quando in mundum missus est: Angeli autem loca permittunt. Ambrosius etiam lib. 1. de Spiritu sancto cap. 10. docet Angelos mutare locum. Ex dictis hoc membro constat, Angelum esse in loco definiuntur. Cum enim in priori illius parte ostensum sit, cum in loco esse: in posteriori vero non esse ubique: constat sane eum habere modum definitum existendi in loco.

M E M B R U M I I I .

Divi Thome, & orumque, qui illum sequuntur, sententia circa modum quo Angelus in loco existit.

Diversus Thomas hoc loco, & alias sapientia assererat, Angelum esse in loco corporeo per applicationem sue virtutis ad locum, quocumque modo ea fiat: id quod haec ratione explicat. Corpus est in loco, quia applicatur loco secundum contactum sue dimensionis quantitatis, ita videlicet, quod quantitas molis, quam habet, est illi ratio, cur sit in loco, applicata tamen per contactum quantitatum corporis ad locum: cum ergo in Angelo non sit quantitas molis, sed virtutis, quia videlicet potest efficiens attingere corpus: sit, inquit D. Thomas, ut Angelus sit in loco corporeo per applicationem sue virtutis ad locum quocumque modo tam faciat seu, quod idem est, per sue virtutis contactum, quo locum attingit.

Conveniunt Caietanus hoc loco, Capitulo in 2. distinctione 2. questione 1. & Ferrarensis 3. contra gentes cap. 68. cum Angelus liberè applicet suam virtutem actuam ad locum, in potestateque ipsius sit eam ad nullum locum applicare, eo ipso, quod subtrahat applicationem sue virtutis, fieri ut Angelus in rerum natura existat, & tamen nullibi existat: id quod apertissimum docet Diuus Thomas in 1. distinct. 37. quæst. 3. art. 1. ad quartum his verbis: *Non reputo inconveniens, quod Angelus sine loco possit esse, quando nullam operationem circa locum habet, nec est inconveniens, ut nusquam, vel in nullo loco esse dicatur: neve etiam non est inconveniens, quod nullo colore coloratus esse dicatur.*

Addit Caiet. hoc loco, si Deus sua omnipotente virtute ab aqua existente in vase separaret quantitatem, eo ipso futurum, ut aqua illa existeret quidem in rerum natura & tamen nullibi existeret: eo quod contactus, inquit, quantitas sit ratio substantia corporis, ut sit in loco: & idcirco substantia ab ea quantitate, necessaria sit, ut esto in rerum natura sit, nullibi tamen existat. In eo autem eventu substantia illa denudata a quantitate erit, inquit Caietanus, indistans negantem (id est, non distans) ab omni loco, nimirum quoniam a nullo

D.Tho. Jena.

Quomodo a
Caiet. Capr.
& Ferrari.
exponatur.

nullo distabit, ad nullum tamen locum habebit relationem præsentia: idemque dicit de Angelo subtractente omnem applicationem sue virtutis ad locum: idemque videntur dicturi Capreolus & Ferrariensis.

Obserua tamen primò iuxta hanc sententiam, non quemadmodum in corporeis ante actionem necessaria est coniunctio agentis cum loco, in quo immediatè agendum est, tamquam conditio sine qua non erit actio: sic etiam in agentibus spiritualibus, de quorum numero est Angelus, similem coniunctionem necessariam esse ante actionem. Ratio est, quia cum substantia corporea sit in loco per contactum sue quantitatis, semperque ipsius quantitas contingat aliquem determinatum locum, utique semper distat a quocumque alio loco, ac proinde, ut possit agere immediatè in loco distanti, neesse est transferatur ad illum, eisque coniungatur, quousque sit ab eo indistans. Angelus vero, cum non sit in loco nisi per contactum sue virtutis, quem potest subtrahere, eo ipso quod eum subtrahat, non manet in loco, manetque negatiuè indistans à quocumque loco, ut de mente horum Doctorum dicunt: & cum inter eum, & quocumque locum sit sufficiens ordo, ac habitudo motoris ad mobile: poterit immediate agere in quemcumque locum sine aliqua alia præsentia, coniunctione aut approximatione, eo ipso quod ad aliū locum non habeat applicatam suam virtutem, ac proinde non sit in alio loco: si namque in alio loco esset, ad eumque applicatam haberet suam virtutem, tunc, ratione illius applicationis distaret per accidentem ab hoc loco, neque posset immediatè in eum agere, nisi deferendo illum alium per subtractionem contactus sue virtutis.

Obserua deinde, sicut prius est substantiam corpoream esse in se ipso, quam eamdem esse in loco, & quam sit quantitas illius, & nihilominus prius est quantitatem eius substantia tangere locum, & esse in loco, quam substantia, qua ea afficitur, in loco sit beneficio illius: ita prius esse Angelu in se ipso, quam sit actio illius, & quam ipse sit in loco: atamen iuxta horum Doctorum sententiam, priorem esse actionem, tamenque virtutis Angelii, quo attingit locum, quam angelum esse in loco, eò quod beneficio illius in loco sit.

Tertiò obserua, hoc esse discrimen inter existentiam substantiae corporeæ, & existentiam angelii in loco. Quod id, quod substantia corporeæ est ratio, ut exigit in loco, est in ipsam substantiam corpoream: quantitas enim, qua per suum contactum, est ratio substantia corporeæ, ut sit in loco, atque contactus ipse, est in substantia corporeæ tamquam in subiecto. At vero actio, & contactus, quo angelus attingit locum corporeum, quique illi est ratio, ut exigit in loco, non est in angelio, sed in loco tamquam in subiecto: eò quod sit actio transiens, & non immans.

Est & hoc aliud discrimen inter existentiam substantiae corporeæ, & Angelii in loco. Quod substantia corporeæ ita est in loco ratione quantitatis, qua est illi ratio essendi in loco, ut situm habeat in loco: Angelus vero ita est in loco ratione actionis & contractus, ut licet non sola actio & contactus sit in loco, sed etiam substantia Angelii ratione illius: nihilominus substantia Angelii non habeat situm in loco, sed situm eo tamquam mouens in moto, & operans in operato, ratione tamen actionis, ut Capreolus, & Ferrariensis locis citatis tradunt, cum quibus in hac tenus dictis consentit feret Caietanus.

A nus, tametsi aliquantulum, ut videbimus, ab eis disfideat.

Conuenient præterea hi tres autores in eo quod dicunt, non esse in substantia Angelii (etiam quando modo explicato est in loco) relationem aliquam præsentia substantialis, hoc est, præsentia ipsiusmet substantie Angelii ad locum, sed solam indistantiam negatiuè cum contactu per actionem, ratione cuius Angelus dicitur esse in loco tamquam mouens in moto, & operans in operato: idque, sine relatione præsentia ad locum, sufficere dicunt, ut Angelus quodam suam substantiam dicatur esse in loco. Argumentaturque Caietanus contra Scotum confituentem eiulmodi relationem præsentia substantia Angelii ad locum. Quia omnis relatio consequitur aliquod fundamentum, rationemque fundandi: sed nullum est fundamentum, nullave ratio fundandi, quam consequatur eiulmodi relatio: ergo admittenda non est ea relatio præsentia. Minorem probat latè Caietanus: ne vero sim molestu, probationes non referam.

Conatur præterea probare Caietanus hoc loco admittendam non esse in Angelis relationem coniunctionis, seu approximati, qua antecedat actionem, qua Angelus attingit locum: neque esse vllam relationem præsentia substantia Angelii ad locum, qua sit relatio aequalis comparationis inter Angelum & locum, sed satis esse, qua de mente illius sufficerem referemus. At vero Scotus ante actionem Angelii admittendam esse censet relationem præsentia per approximationem, qua sit tamquam prærequisita conditio, sine qua Angelus non ager in loco immediate immediatione suppositi. Hanc autem addit, non esse aliam à relatione præsentia substantialis Angelii ad locum, de qua paulò ante dictum est appellata vero præsentiam approximationis, quatenus per approximationem & applicationem substantie Angelii ad locum efficitur. Vnde non duas relationes præsentia, & simulatis inter substantiam Angelii & locum, sed unam dumtaxat constituit.

Consequenter subiiciendum est in quibus Capreolus, Caietanus, & Ferrariensis circa rem, de qua disputamus, dissentiant. Capreolus loco citato ad argumenta contra primam conclusionem, nihil aliud ad actionem Angelii in locum prærequisitum exigit, quam indistantiam negatiuè Angelii à loco, iuxta sensum supradicatum, cum ordine & habitudine motoris ad mobile inter Angelum & locum, reme in loco constitutam. Si enim, inquit, ante mundi, & loci creationem, Deus crearet duos Angelos, ut ipso, quod unus esset indistans ab alio negative, & inter eos esset ordo & habitudo motoris & mobiles, unus posset agere in alium immediate immediatione suppositi. Quare, inquit, ut unus, vel in alium, vel in locum agat immediate, nulla ante actionem necessaria est, aut cernitur præsentia Angelii ad locum: nisi forte (inquit ad ultimam confirmationem Gregorii) ordo illi motoris ad mobile indistantis ab eo negative præsentia ordinis nuncupetur: ille namque sola est qua est ante actionem, & qua ad actionem requiritur. In agentibus vero corporeis, subiungit ibidem, longè alterum se habere. Etenim in illis ante actionem necessaria est approximatio, & præsentia substantia corporeæ ad locum per contactum' quantitatis, & item substantia corporeæ in loco beneficio cvident quantitatis, idque tamquam conditio ad actionem prærequisita. Addit Capreolus loco citato, præsentem ad argumenta Aureoli, Angelum esse in loco non solum per veram actionem transirent, sed etiam per omne id quod se habet instar actionis transire.

transientis in locum, aut in corpus extrinsecum. Huiusmodi in primis esse dicit præsidentiam, quæ non est aliud quæ nobilitatio & exornatio, qua Angeli nobilitant & exornant eorum Empyreum. Hanc autem nobilitationem & exornationem affirmat non esse aliud, quæ relationem inter Angelum & corpus significatam in modum actionis, & quam ordinem quemdam congruentia vnius ad aliud. Deinde eiusmodi dicit esse continentiam: namque superiora in entibus comparati ad inferiora tamquam actus ad potentiam, eaque de causa corpora vigorari coniunctione cum substantiis separatis, idque appellat continentiam, quæ substantias separatae continent corpora. Porro vigorem illum dicit esse virtutem quamdam, quam corpora recipiunt ab Angelis, non in modum qualitatis realis, sed cuiusdam intentionis: eo pacto quo color est in ære intentionaliter. Præterea eiusmodi esse dicit vnitatem: hanc autem non aliud esse affirmat, quæ habitudinem corporis ad Angelum mobilis ad motorem, potentiam ad actuale, & exornati ac confortati ad exornans & confortans. Dicitur Capreolus, ut hæc affirmerat, quoniam Diuus Thomas quodlib. i. art. 4. docet nomine operationis, quia Angelus dicitur esse in loco, intelligendam esse, non formam motionem, sed quacumque vnitatem, quia Angelus sua virtute s' enit corpori, præsidendo, vel continendo, vel quacumque alio modo. Et quoniam hoc loco docet, Angelum esse in loco per applicationem suæ virtutis ad locum quacumque modo.

Caietanus
attentè legatur, tres Angeli status comparatione loci corporei distinguit, quibus nos quartum, iuxta illius mentem, addemus. Primus est, quando angelus omnino subtrahit applicationem suæ virtutis ad locum. Tunc enim ex sententia Caietani, nusquam est, estque negatiuè indistans à quocumque loco, atque in potentia remota ad operandum. Secundus est, quando iam est in potentia propinquæ, præparata, immediata, sufficienteque ad actionem omnibus exclusis impedimentis (vt verbis Caietani utar) hoc est, ut ipse se explicat, quando simul cum potentia ad operandum, adeit ex parte quidem substantiæ Angeli, negotio distantem ab aliquo certo loco: ex parte vero intellectus, cognitio practica operis à se in eo exercendi: ex parte deinde potentia executiva, expeditio ad tale opus, ita ut potentia nec derineatur, nec impediatur à virtute aliqua superiori, nec sit occupata in alio opere, & simili ex parte voluntatis sui electio prædictæ præparationis ad tale opus exercendum. Tertius status est, quando in actu operatur in eo loco. Attamen, inquit, operationum ad extra duo sunt genera: quedam enim operationes sunt, quæ exigunt continuatam actionem ad extra, ut monere: quedam vero, quæ interpolata contenta sunt actione, ut præsidere, custodire, & alia similes. Vrunque vero genus operationum Angelus in loco exercet. Quartus status angelii, quem de mente Caietani adiicimus, est, quando angelus distat per accidens ab aliquo certo loco: eò quod per applicationem suæ virtutis in alio loco distanti sit.

Secundum statum angelii comparatione loci appellat Caietanus præsentiam ordinis Angelii ad locum, quam dicit postam esse in relatione proportionis agentis ad patiens, quando est in potentia propinquæ sufficiente ad opus in sensu explicato: est que hac præsentia apud Caietanum relatio inæqualis comparationis, sicut relatio agentis ad patiens.

A Hanc præsentiam ordinis affirmat ipse Caietanus prærequisitam esse, ac sufficere sine aliqua alia, ut Angelus in loco operetur.

Quando vero Angelus operatur iam ad extra, siue operatione exigente actionem cōtinuatam, siue exigente interpolatam, dicit esse inter Angelum & locum præsentiam actionis, quatenus Angelus iam per eam actionem efficit præsens loco quoad suam substantiam absque aliquo situ: eaque ratione dicitur iam esse in loco, sicut mouens in moto, & operans in operato, ut dictum est.

B Has duas præsentias affirmat Caietanus sufficere, tum ut Angelus immediate immediatione suppositi operetur in locum: tum etiam ut sit in loco neque aliquam aliam, aut substantiam secundum se comparatione loci, aut approximationis esse admittendam. Porro relationem præsentiae actionis Angelii ad locum vult esse inæqualis comparationis: eò quod sit relatio mouentis ad motum, aut ea ipsa, quæ includitur in ratione formalis actionis, aut alia similis. Addit, præsentiam ordinis non distingui à præsentia operationis sicut potentiam ab actu, sed sicut habitu ab actu. Rationem reddit, quoniam Angelus non dicitur habere præsentiam ordinis comparatione loci, eò quod habeat portationem ad operandum in locum quocumque modo, sed eò quod eam habeat præparatum, & ultimè dispositam, ut, cum voluerit, operetur: ratio vero, seu conditio habitus est, ut cum voluerit in actum prodeat is, qui eo præditus est.

C Quod si post hæc omnia interroges Caietanum. Per quid ergo Angelus dicendus est esse in loco, extuta, D. Thomæque sententia: Respondebat angelum per præsentiam ordinis, que ad operationem præquiritur, esse incompletæ & inchoatiæ in loco, per præsentiam vero operationis, siue sit, quæ actionem continuatam, siue qua interpolatam exigat, esse completere & consummare. Verum, quia Angelum esse vnitum loco quocumque horum modorum, nempe siue per solam præsentiam ordinis, siue per operationem, quæ indiget actione continuata, siue quæ ea non indiget, ut sunt præsidere, custodiare, &c. suffici, ut angelus dicatur esse in loco: properea, inquit Caietanus, dixit D. Thomas hoc loco, Angelum esse in loco per applicationem sua virtutis ad locum quocumque modo. & quodlib. i. art. 4. docuit, nomine operationis qua angelus est in loco, intelligi, non solam motionem, sed quacumque vnitatem, qua angelus unetur corpori præsidendo, continendo, aut quocumque alio modo.

D Illud hoc loco obserua, longè diuersam esse opinionem Caietani, quod præsentiam ordinis, ab opinione Durandi membro præcedente impugnata. Caietanus namque appellat præsentiam ordinis, habitudinem, quam habet angelus ad locum, dum est in potentia propinquæ, & preparata tam ad operandum, neque per illam dicit angelum esse completere in loco, sed incompletæ & inchoatiæ, neque per eam dicit substantiam ipsam angelii esse in loco, sed esse solum negatiuè indistantem ab eo loco. Præterea cum potentia angelii non possit esse preparata illo modo ad operandum in omni loco, sed in aliquo certo & determinato, angelus ex sententia Caietani non est per illam præsentiam ordinis ubique, sed solum in loco certo & determinato. At vero Durandus nomine, præsentiae ordinis, intelligit habitudinem, quam angelus ex eo habet ad locum, quod possit absolute, & non solum in potentia propinquæ, iuxta eum modum, quem explicauit Caietanus, operari in loco immediate immediatione suppositi.

E F

*Diferentia
inter opinio-
nem Caiet.
& Duran.
quod præ-
sentiam or-
dinis.*

Præterea

Præterea per eam vult angelum absolute & complete esse in loco, per operationem vero solum dicit manifestare se nobis esse in eo loco in quo iam antea erat simpliciter & completere. Item Durandus affirmat angelum per eam potentiam posse indifferenter operari immediatè immissione suppositi in quocumque locum, & ob id angelum esse ubique. Denique assuerat non esse ubique solum per indistinctam negatiæ à quocumque loco, sed per presentiam & coniunctionem sue substantiae cum omni loco, quam dicit non amittere ex eo quod operetur in uno tantum loco, cito loca alia multum distent à loco, in quo operatur.

Ferrariensis
in quo à Capreolo & Caietano diffidat.

Ferrariensis loco citato in reliquis conuenit cum Capreolo: in hoc vero ab eo, & a Caietano diffidat, quod arbitratur: angelum non alter esse in loco, quam per operationem transirent ac continua tā. Vnde affirmat, eo ipso, quod desinit operari actu ad extra, continuareque actionem, desinere etiam esse in loco. Ad id vero, quod D. Thomas hoc loco, & quodlib. illo 1. art. 4. docet, respondet, solum voluisse, ut angelus nō tantum per motionem localem esset in loco, sed etiam per quacumque aliam motionem ad extra, nempe influendo lumen aliquod in cœlum empyreum, vel aliquid aliud in rem, in qua dicitur esse. Hec de sententia D. Tho. & de variis modis quibus a sectatoribus ipsius solet exponi.

MEMBRVM IV.

Nonnulla, que aduersus sententiam D. Thomae difficultatem faciunt.

Angelū autem alia esse in rerum natura, & nullib[us] existere, impicit.

SENTENTIA hæc mihi numquam placuit. Multa namque in se continent dura, valdeque difficilia intellectu. Ac in primis illud non satis capit intellectus: angelū eo ipso quod omnino subtrahit applicationem suæ virtutis ad locum, existere quidem in rerum natura, & tamen nullib[us] existere, nec in spatio corpore replete, nec in spatio corpore non replete. Irem aquā eo ipso, quod diuina virtute denudetur quantitate, existere in rerum natura, & nullib[us] existere, esseque negatiæ indistinctam ab omni loco, ut affirmat hæc opinio. Si enim solum affirmaret angelum, aut substantiam corpoream denudatam quantitate, nullib[us] existere circumscriptiū, tamquam in loco physico pro superficie corporis continentis, nō mirarem sanè: at quod dicat nullib[us] existere, id est, in nulla parte spacijs tam corpore replete, quam corpore non replete, elseque negatiæ indistinctam ab omni loco, id sanè est, quod miramur, & quod assueramus non satis ab intellectu percipi, cum credamus id contradictionem implicare. Non enim intelligimus, quoniam pauci fieri possit, ut Deus producat Angelum, & nullib[us], hoc est, in nulla parte spacijs in quo, vel sit corpus, vel Deus possit producere corpus, illum producat, & quod conseruet substantiam corpoream sine quantitate, & nullib[us], hoc est, in nulla parte spacijs illum conferuet. Contrarium certè sonant aperte testimonia illa Philosophorum, que in calcis prioris partis membris retulimus. Deinde confidio argumentationem, ut probem substantiam aquæ, quæ erat in vase, manere in eodem spacio, esto Deus separaret ab ea quantitatem. Quoniam si Deus relinquit eam suæ naturæ, continuo à forma substantia illius resultabit noua quantitas in materiam, non secus atque in instanti generationis aquæ, à forma substantiali resultat quantitas: eò quod, ex

A sententia eorum, cum quibus disputamus, fiat resolutio vsque ad materiam primam: sed quantitas illa non refutabit in alio loco, quam in vase: si minùs, dicant aduersarij vbinam refutabit, reddantque rationem, quare potius in eo loco, quam in alio, quod numerus numquam præstabunt. Cum ergo non sit alia ratio quare quantitas illa refutet in vase, nisi quia substantia ibi mansit, & quantitas redundat in substantiam in loco, in quo est ipsa substantia: fit, ut substantia manferit in vase.

Deinde possumus argumentari aduersus sententiam horum Doctorum. Quoniam si substantiae spirituali rituales non essent in loco, nisi per suam operationem, applicationem suæ virtutis ad locum, sequeretur Deus optimum maximum non esse, nisi vbi operaretur, id quod concedunt Doctores cum quibus disputamus: inde vero sequeretur Deus non esse extra cœlum: quod licet hi Doctores concedat, contrarium tamen multis, satisque ni fallor efficacibus rationibus ostendimus q. 8. art. 1. disp. 3. Item si Deus cæteræque substantiae spirituali rituales non essent in loco, nisi per applicationem suæ virtutis ad locum, sequeretur Deus posse mutari, quod cum fide Catholica pugnat. Consecutio probatur, quoniam datus potest diuina virtute vacuum, Deusque poterit se solo mouere lapidem per illud: quo dato, sequeretur Deus moueri, vt quest. 8. disputatione citata perspicue deduximus: quandoquidem cum Deus intra spaciū vacuum solum esset, vbi esset lapis, & lapis successivus esset in alia atque alia parte eius spatij, Deus quoque similiter esset successivus in alia atque alia parte eiusdem spatij, ac proinde mutaretur.

Illi deinde non satis capit intellectus, quomodo sola indistincta negatiæ, sine praesenti & coniunctione illius cum spacio, sit sufficiens conditio ad agendum in illo immediatè immissione suppositi. Ex Aristotele namque 7. Physi. & 1. de generatione, ut actio immediatè emanet ab agente, necessaria est praesentia & coniunctio agentis cum eo, in quo debet agere tamquam conditio ad prærequisita, idque lumen ipsum naturale docet: si modi autem praesentia, assistentia, & coniunctio, non est per solam indistinctam negatiæ, ut autores ipsi, cum quibus disputamus, confitentur. Etenim sicut ex corum sententia, angelus tunc nō diffat à quocumque loco: quia cum ex eorumdem sententia, nullib[us] sit, à nullo loco potest diffat, & idecirco affirman, cum habere tunc indistinctam negatiæ, ita dicunt nulli loco, partive spatij, esse praesentem, coniunctum, aut assistentem: mirum autem est, quod ab agente, neque praesente, neque coniuncto, neque assistente alicui spacio, possit immediate immissione suppositi fluere actio in spatium. Possumus etiam confidere argumentationem in hunc modum. Si per impossibile tale agens esset naturæ, & non liberum, ita videlicet, ut ab eo emanaret actio ex necessitate naturæ, cum ab omni loco esset æquæ negatiæ indistincta, vel ageret in omnem locum immissum, atque ita esset ubique, quod creaturae pugnat, vel in nullum locum ageret, ed quod non sit maior ratio quare, in unum locum agat quam in alium, cum ab omnibus sit eodem modo indistincta. Præterea mirabile est angelum, qui, iuxta auores huius sententie, eo ipso, quod ab hoc loco subtrahit suam actionem & influxum, sicut manet indistincta negatiæ à loco distante ab hoc per viginti milie leucas, sic etiam manet inconiunctus negatiæ cum eo, posse immediatè in eo agere in eo instans, in quo primò subtrahit suum influxum ab hoc alio loco.

Adde,

Adde, perinde Angelum, iuxta autores huius sententiae, esse indistinctam negatiuè ab omni loco, ac esset indistans negatiuè si non existeret in rerum natura: quoad indistanciam quippe negatiuè nō differunt, sed solum differunt, quia Angelus existēt habet potentiam ad agendum existentem, Angelus vero non existēt minimè: mirum est autem indistinctam negatiuè ab omni loco, qualis esset si Angelus non existeret, esse illi sufficiētē conditionem, ut agere possit immediate in quocumque loco voluerit. Vide quæ diximus quæst. 8. art. 1. disp. 3. & 4.

Illud præterea non fatis intellectu percipit, quanam ratione per actionem corpoream ac transiuntē, quæ non est in Angelo, sed in loco tamquam in subiecto, substantia Angelī in se ipso efficiatur magis coniuncta, praefens, & assistens loco, quam antea esset, ita videlicet, vt non sola actio, sed substantia Angelī dicatur tunc de novo esse secundūm se ipsum in loco. Afferere namq; substantiam Angelī esse tunc in loco novo modo, sicut mouens in moto, & operans in operato, vt sectatores D. Thomæ affirmant, mentem non reddit quietam. Aut enim nomine eius existentia intelligent existentiam agentis in passo, non quidem secundūm se, sed secundūm suum effectū, eo modo, quo dicemus, solem esse in effectu à se producō, eo modo quo causa dicitur latere in effectu tamquam in sua participatione. At hoc modo substantia Angelī non esset simpliciter in loco, sed sola actio & effectus illius inest loco tamquam subiecto: substantia verò Angelī secundūm quid, & cum addito valde diminuente diceretur esse in loco. Aut nomine existentiae sicut mouentis in moto intelligent existentiam, & coniunctionem substantiae Angelī cum loco, quæ antecedit actionem, & ad eam tamquam conditio, sine qua non prærequisitur. At tunc fallunt dicunt Angelum esse in loco per actionem: per aliquid enim prius transferretur & applicaretur substantia Angelī ad locum, coniungereturque cum eo, vt postea quereretur actio. Quod si quippiam tertium intelligent, explicant illud, neque enim video, quid aliud esse possit. Adde quod cùm agens corporeum agat etiam in locum actione transiuntē, duobus modis, quod siam substantiam esset in loco: uno circumscriptiū: & altero sicut mouens in moto, & operans in operato. Adde etiam quod, vt optimè argumentabatur Durandus, sicut quantitas separata à substantia corpore, non potest illi esse ratio existendi in loco, ita neque actio Angelī transiens, quæ non est in ipso, sed in alio tamquam in subiecto, potest esse illi ratio existendi in loco. Præterea gratis Capreolus, & præterim Caetanus, habitudinem Angelī ad locum quoad potentiam proximam ad agendum cum indistincta negatiuè, appellant præsentiam ordinis Angelī ad locum: neque enim video, quia ratione id præsentia sit nuncupandum. Deinde perperam Caetanus potentiam illam proximam, quam configit, negat comparari ad actum, qui ab ea eminat, tamquam potentiam. Frustra etiam addit, comparari tamquam habitum. Adde, potentia illi deceſſe adhuc imperium voluntaris ad executionem, vt sit integræ potentia ad operandum.

Illud etiam dubium factum est circa opinionem D. Thomæ. Quid imprimant Angelī cœlo Empyreo cuius ratione dicantur esse in eo tamquam in loco. Quid item producant dæmones, aut animæ damnatae in inferno, ut ibi dicantur tamquam in loco residere. Præterim cùm ex D. Thomæ sententia, angelii nihil corporeum valeant producere, nisi mediante motu locali applicando actua passiuis, &

Molina in D. Thom.

A multo minus animæ damnatae. Ea namque, quæ Capreolus fingit, ratione quorum Angelii sine actione transiunt, dicantur esse in loco, indigna sunt profecto, quæ impugnantur. Quod etiam Caetanus imaginatur de præsentia illa ordinis ante actionem, ratione cuius Angelus incompletè & inchoatiuè in loco existat, figuratum planè est, explicandumque illi est, quanam ratione per eam potentiam proximam substantia Angelī de novo coniungatur loco, illique præfens efficiatur. Adde potentiam illam esse posse indifferenter ad agendum in diversis locis, vt si Angelus illo modo sit paratus subuenire homini sibi in custodiā tradito, quocumque ille per suum arbitrium perrexerit, & ubique suo præfido indigerit, eoque actionis transiuntē genere, quod necessitas illius postulauit: vt enim ille per suum arbitrium pergere potest ad distincta loca, ita potentia illa Angelī aequaliter caloca respicit, nullumque determinat. Quare si per eam Angelus est in loco, simul erit in multis locis, quod Caetanus cum Diuo Thoma negat. Id etiam, quod Caetanus affirmit, Angelum videlicet dum custodit, attendit ad eum, quem custodit, paratus illi subuenire si indigerit auxilio, semper esse tamquam in loco, vbi custoditus existit, etiam quando Angelus interpellat actionem transiuntē, qua illi subuenit, sicut omnino videtur. Tum quia Angelus, dum est in cœlo, attendit ad eum, qui ipsius tutela est commissus, paratus illi subuenire, quando opus erit: id quod latius innuit Christus Dominus illis verbis Matth. 18. Angelī eorum (id est, qui illos custodiunt) in celis semper eident faciem Patris mei, qui in celis est: cum ergo, vt Caetanus ipse confitetur, Angelus non potest esse simul in celo & in terra: fit, vt Angelus per hoc solum quod attendat ad custodiā, paratusque sit illi subuenire, non sit in loco, vbi custoditus ipse existit. Tum etiam, quia quando Angelus discontinuat actionem, ut extra, nulla est illius actio ad extra: ergo tunc non est in loco per præsentiam actionis.

C Contra opinionem Ferrariensis afferentis Angelum non esse in loco nisi per veram actionem transiuntē, militat dubium illud: Quid Angelii imprimit cœlo Empyreo, quid dæmones, ac animæ damnatae in inferno producant, & quo non fatis se expediat Ferrariensis. Item, cùm tam ingens multitudo Angelorum sit in cœlo Empyreo, mirabile est à singulis singulos effectus in illud produci, vt per actionem ad extra in eo dicantur esse.

E Contra omnes tres autores simul pugnat, quod difficilè, iuxta suam sententiam, explicabunt, quoniam pacto dæmones deferant animas damnatorum ad inferos: & quoniam pacto unus dæmon expellat alium, aut angelus bonus angelum malum ab aliquo loco. Quo item pacto unus Angelus alicubi alium detineat. Hec enim omnia ægredadmodum explicari possunt, si dicamus Angelos esse in loco per applicationem virtutis actiue ad locum.

F Denique opinioni D. Thomæ aduerfarī videntur sequentes articuli Parisienses 77. qui ita habent: Dicere quod si esset aliqua substantia separata, que non moueret aliquo à corpore in hoc mundo, illa non clauderetur in uniusculo, error. Et 204. in quo sic scribitur: Dicere quod substantia separata sunt in loco per operationem, & quod possunt moueri ab extremo in extrellum, nec in medium: quia possunt velle operari in extremo aut extremis, neque in medio, error.

* * *

A a x

M E M

Autoris sententia.

His ergo omnibus opinionibus omisiss, arbitramur, non alia via nos posse melius venire in cognitionem modi, quo substantiae spirituales sunt in loco, quām ex modo, quo substantiae corporæ in loco existunt. In substantiis autem corporæ, si rem diligenter expendamus, intueniemus: Eas in primis esse formaliter in loco per suam existentiam, in loco, seu per suum ubi: non secus ac sunt formaliter candidata per suum candorem, & formaliter quantæ per suā quantitatē. Deinde inueniemus eas esse potius in loco hoc, quām in alio, quia ad hunc potius, quām ad aliū translatæ sunt, vel à sua propria virtute mouente, vel ab aliqua extrinseca, à qua impellantur: vel quia in hoc potius loco, quām in alio, productæ sunt à causa sua. Præterea inueniemus eas esse in tanto vel tanto spatio, quia beneficio quantitatis habent suam substantiam extensam ad tantum, vel tantum spatiū. Quod si Deus per suam omnipotentiam auferret ab eis quantitatem, conferuarēt que partes earum vnam extra aliam, vt anteā erant beneficio quantitatis (quod non implicare contradictionem ostendimus ad prædicamentum quantitatis) manerent utique in eodem loco seu spacio beneficio Dei suppletis, quoad eum effectum quantitatis causalitatem, continentisque partes illas substantias cum diuīsione, atque existentia vnius extra aliam, vt anteā erant.

Locus pro spatio cōmuni nis est rebus omnibus.

Antequām hæc omnia proportione quadam in substantiis spiritualibus explicemus, notandum est, In re proposita non esse sermonem de loco pro superficie corporis continentis: talis enim locus solis corporibus debetar; sed sermonem esse de loco pro D spacio, qui locus rebus omnibus vniuersim conuenit: implicat namque aliquid existere, & non alicubi in spacio, aut in toto, quo pacto solus Deus existit, aut in parte, quomodo existit creatura. Porro hic locus ante creationem mundi fuit, neque est aliquid reale; sed capacitas, seu non repugnantia ad recipiendum corpus, si diuina potentia producatur, vt q.8.art. i.disp.3. explicauimus. Est verò ea capacitas, seu spaciū, tantum, quām est corpus, quod in se potest recipere: quare cūm Deus possit producere in eo infinitum corpus syncategorematice: ipsiusque spaciū sit tantum actu, quantum potentia est corpus, quod diuina potentia potest in eo producere: consequens profecto est, vt sit actu spaciū quoddam infinitum. Imò cūm contradictionem implicer, Deum non posse producere in eo corpus syncategorematice infinitum, contradictionem quoque implicat non esse spaciū hoc, capacitate infinitam ad recipiendum corpus quantumvis magnum, si diuina potentia in ea producatur.

Locus pro spacio est eu- tius potissimum habetur ra- tio in motu locali.

Hic locus est cuius potissimum in motu locali habetur ratio, vt ad prædicamentum vbi, & 4. Physiscorum, dum de loco agebamus, ac alias sape explicauimus. Etenim si mobile eiusmodi spaciū mutet, esto superficiem corporis continentis non mutet, compare dicitur distinctū vbi ab eo, quod anteā habebat, mouerique localiter. Quod si hoc spaciū non mutet, esto flante vento superficiem corporis cōtinentis amittat, acquiratq; successivè multas alias, nec dicitur acquirere distinctū vbi, nec motu localiter, vt locis citatis copiosè ostendimus.

Locus idem ejus cuius ha- sermo est de coniunctione & approximatione, quæ

A ad actionem necessaria est inter agens & patiens, *keur rati-*
Esto enim inter duo corpora, vt inter ignem & *ad cre-*
 aquam, nullum esset interiectum corpus, si tamen *ditionem vel*
 interiectum esset spaciū vacuum, nequaquam pos- *distantiam*
set vnum agere in aliud, vt Aristot. 2. de anima c. 7, *affirmans*
text. 74.aperte docet. Idque non alia de causa, nisi
quia non essent sufficienter coniunctæ & approxi-
mata, sed mediaret inter vngnq; spaciū, per quod *(cum vacuum esset omnire, quæ in se suscipere*
posset actionem) corpus vnum nulla ratione transfi-
mittere posset actionem in aliud, quod à se distaret.
Quod fit, vt si ante ceterarum rerum creationem
creasset Deus duo corpora, inter quæ mediaret spa-
cium capax corporis, quod in eo diuina virtute pro-
duci posset, nulla inter ea posset esse actio: ed quid
distanter inter se, nec sufficienter essent approxima-
ta & coniunctæ. Eademque ratione, si creasset duos
Angelos, inter quos idem interiectum esset spaciū,
nullo etiam modo vnu posset agere in aliud: cō
quod non essent sufficienter coniuncti, & approxi-
mati, sicut est ad actionem necessarium.

His ita prænotatis explicemus circa Angelos *Angeli qui*
tria illa quæ circa corporeas substanzias explicata *fit ratiō ei-*
sunt. Quod ad primum attinet, dicendum est, sub- *stanziam Angelii esse formaliter in loco per existen-*
tiam in loco, vertimque vbi, quod in Angelo resul-
tat ex collocazione substantie illius in tali, vel tali
parte spaciū, non secus ac de substantia corporeæ ex-
plicatum est. Ad prædicamentum namque vbi *Angeli qui*
ostendimus, admittandam esse eiusmodi rationem *fit ratiō ei-*
formalem, realē, ac absolutam, quæ sit in mobili,
vel in re constituta in loco, seu in spacio tamquam in
subiecto, perinde ac motus ipse localis est in mobili
tamquam in subiecto, hancque esse terminum, qui
acquiritur per motum, localem, ex motuque ipso lo-
cali evidenter coniuncti, cūm per illum terminus
aliquis realis acquiratur, alioquin non esset mutatio
realis, neque aliis terminus possit acquiri, quām ea
ratio formalis.

Quod ad secundum attinet, dicendum est, Ange- *Angeli qui*
lum esse potius in uno loco, quām in alio, quia sua *fit ratiō ei-*
propria virtute mouente liberè transtulit suam *stanziam in*
substantiam ad eum potius locum quām ad alium: *in aliis locis*
vel quia à virtute extrinseca vehementiori (si ipse
resistat) traslatus fuerit ad eum potius locum, quām
ad alium, aut in eo detinetur: vel denique, quia in
eo potius loco, quām in alio, à Deo optimo maximo
productus est, neque inde adhuc est motus: non se-
cus ac ex similibus causis corpora sunt potius in
vno loco, quām in alio.

Quod attinet ad tertium illud in primis cum *Quid solū*
communi Theologorum sententia ponendum est. *fit ratiō ei-*
Sicut rationalis animus est totus in toto corpore *stanziam in*
humano, & totus in qualibet illius parte: sic etiam *in aliis locis*
quemlibet angelum habere certam spaciū, & alia in alia, *animi faci-*
maiores vel minores pro qualitatē sua perfectio- *mentia, in aliis locis*
nis essentialis, cui toti potest applicare suam substanziam, ita vt verum sit dicere, totus est in hoc spaciū, excep-
& totus in qualibet illius parte: de qua re fusior sermo *fit ratiō ei-*
erit art. lequeti. Hoc posito, dicendum est: Quem- *stanziam in*
admodum substantia corporeæ beneficio qualitatē, *in aliis locis*
quæ partes illius extendit, eaq; ratione est in causa, *animi faci-*
vt una pars illius sit in una parte spaciū, & alia in alia, *mentia, in aliis locis*
naturaliter dilatatur ad tantum vel tantum spaciū: *animi faci-*
ita indiuisibilis substantia cuiusque angelii mediante *mentia, in aliis locis*
vi, quæ se mouet ad imperium volvatur, liberè se ap- *fit ratiō ei-*
plicat modò maiori, modò minori spaciū (intra ma-
ximum tamen, in quo potest esse simul) atque ad eos *stanziam in*
ad imperium voluntatis quodammodo se dilatat, aut *in aliis locis*
constringit ad maius vel ad minus spaciū, non *per*

per operationem aliquam ad extra, sed per mutationem localem, quæ in ipsomet angelo residet tamquam in subiecto. Itaque sicut rationalis animus, dum puer accrescit, non deferendo partes materiae, quas informabat, dilatur naturaliter ad informandas nouas partes, quæ de novo disponuntur, eaque ratione informat maius corpus, quam antea informaret: quando vero homo in senectute decrevit, deferendo nouas partes, quasi constringitur, informatus minus corpus: ita angelus ad imperium voluntatis mediante vi, quam habet ad se mouendum, interdum manens in eodem spacio quasi se dilatavit, existitque in nouis partibus spacijs, intra latitudinem tamen maximi, in quo potest esse simul, interdum relinquendo quasdam partes spacijs, quodammodo & constringit ad minus spacijs: & interdum deferendo simul partes aliquas spacijs, in quo erat, applicat se ad alias, atque ita mouetur localiter, deferendo partes loci quas occupabat, & occupando de novo partes spacijs immediati: sicut etiam corpora eodem modo mouentur, deferendo partes spacijs, in quo anteā erant, & occupando de novo alias spacijs immediati.

Quod si quis petat, quemam sit vis illa, ac potentia in angelo, qua suam substantiam applicat modò ad maius, modò ad minus spacijs. Respondeo, videri esse illam eamdem vim, quam angelus habet, ut se ipsum moueat localiter, discurrendo successivè per diuersa loca. Sicut enim angelus mediante sua facultate motiva applicat se modò huic spacio, & modò illi iuxta voluntatis imperium: sic etiam mediante eadem facultate interdum se applicat minori, interdum maiori spacio, intra limites illius, cui roti, pro quantitate sue maioris vel minoris perfectionis essentialis, se potest simul applicare. Applicatio ergo illa, quæ in ipsomet angelo est tamquam in subiecto, est illi ratio ut existat in tanto, vel tanto D spacio simul: non secus ac quantitas est ratio substantiae corporeæ, ut existat simul in tanto vel tantissimo spacio.

Quod attinet ad relationem præsentia substantialis angelii ad locum, seu spacijs, quam D. Thom. sectatores negant, non dubito eam admittendam esse cum Scoto, camdémque prærequisiti ad actionem. Prūs namque est angelus præsentem, indistinctè positiu[m] esse spacio, hoc est, illi coniunctum, quoad suam substantiam, quam in eo operari. Eiusmodi autem relatio coniunctum ad coniunctum est relatio præsentia. Hec eadem relatio, quatenus ex approximatione resultat, appellari etiam potest præsentia approximationis, ut Scotus dicebat, hoc est, præsentia substantialis ex approximatione & applicatione substantiae angelii ad locum resultans ad effectu.

Ad id verò, quod Caie. obiiciebat, nempe nec dari fundamentum, nec rationem fundandi illius, dicendum est: Fundamentum huius relationis est ipsam rem substantiam angelii, quæ formaliter ab ea denominatur præsens. Rationem verò fundandi est applicationem substantiae angelii ad spacijs, vel per motum localem, quo à se, aut ab alia virtute extrinseca ab alio spacio in illud transfertur, vel per productionem, qua à Deo producitur potius in eo spacio, quam in alio. Motus autem localis, cum non sit ad relationem, ad quam per se nullus est motus, ad verum vbi terminatur. Inde verò ulterius emergit relatio præsentia ad spacijs. Etenim quia angelus existit in loco, est illi præsens. In Deo autem, quia nulla ratione mutari valet, non constitutus vbi, per quod prius sit in spacio, sed solam relationem præ-

A sentia ad omne spacijs, & ad omne corpus, quæ in eo est relatio rationis, & comparatione spacijs ex natura rei consequitur imministratam diuinæ efficièt, à qua Deus habet, vt sit præsens omni ac infinito spacio: comparatione verò corporum, ceterarumque rerum creatarum, consequitur tamquam proximam rationem fundandi productionem, quae res creatae producuntur, eo enim ipso, quod producuntur Deus, qui toti infinito spacio præsens est, ille etiam est præsens. Vide quæ diximus questione 8. art. 1. disputatione 4.

Ex dictis tota hac disputatione est manifestum, diuerso modo esse in loco res creatas incorporeas ab eo, quem habent res corporeas, in vtrisque tamen esse verum vbi per comparationem ad spacijs, quod vbi motum angeli localem terminat. Vnde fit, vt esse in loco, quod prædicantem vbi tamquam genus supremum constituit, dividatur proximè tamquam in species immediatas, in vbi, seu esse in loco rerum corporalium, & in vbi, seu esse in loco rerum spiritualium creatarum, vt in Commentariis in Aristotelem sèpe diximus.

ARTICULUS III.

Vtrum unus Angelus possit esse simul in pluribus locis.

DE hac re sit prima conclusio. Quamvis Angelus in se sit substantia quædam indiuisibilis, esse tamen potest simul in loco, spatiove diuisibili. Hæc communis est hodie inter Theologos. Licet enim indiuisibilia magnitudinis, vt punctum & linea, esse nequeant in spacio diuisibili ex parte, qua indiuisibilia sunt indiuisibilia, tamen spiritualia optimè possunt in spacio diuisibili, majori vel minori pro quantitate perfectioni cuiusque existere. Probatur conclusio primò, quoniam Angelus perfectionis est, quam animus rationalis: at hic, licet sit indiuisibilis, est tamen in toto spacio diuisibili quod occupat corpus humanum, cum sit totus in toto corpore, & totus in qualibet parte illius: ergo Angelus poterit esse simul in spacio aliquo diuisibili, quo excedat illud, in quo animus rationalis esse potest. Secundò, substantia diuisina, licet sit indiuisibilis, quia tam est infinita, quo ad perfectionem est in spacio infinito, vt q. 8. ostensum est: ergo pari ratione substantia angelica, quæ instar diuinæ est indiuisibilis, esse poterit in spacio diuisibili, finito tamen, eo quod solùm cōrīcat perfectionem finitam. Tertiò, si angelus solùm esse posset in spacio indiuisibili, moueri non posset de loco ad locum (si tamen vera est sententia Arist. 6. Physicorum afferens, indiuisibile non posse per se moueri) consequens autem aperte est contra Scripturas sanctas, ex quibus constat angelos interdum moueri: ergo esse potest in loco diuisibili. Quartò, non facili intelligitur quanam ratione ex puncto indiuisibili spacijs posset Angelus agere immediate in mediatione suppositi in aliquod corpus: constat autem Angelos mouere corpora, neque negari potest mouere ea immediate, quoad aliquid eorum: ergo Angelii non sunt solùm in loco indiuisibili. Idem potest etiam confirmari, quia quando assumunt corpora, videntur in toto corpore assumpto residere.

Secunda conclusio. Vnusquisque Angelus quo ad magnitudinem vendicat sibi certam spacijs sphæram in qua tota potest esse simul, & non in maiori; ea tamen sphæra maior vel minor est iuxta maiorem aut minorem perfectionem essentialē cu-

1. Conclus.

Angelum simile esse posse
in loco diuisibili probatur.

2. Conclus.

Angelii non
dicare sibi
certam sphæ-
ram in qua
tota simul
esse posset.

Aaa r iusque

Angelus re-
lationē præ-
senta habeat
ad spaciū ita
quo est.

Soluitur
Caetani ar-
guctora pre-
sentiam an-
geli ad locū.

Præsentia
angeli funda-
mentum &
ratio funda-
di.

Præsentia
Dei, & ag-
geli discri-
min.

Molissa in D. Thom.

iusque Angeli. Hæc est communis inter Theologos, A si Durandum excipias, qui vt articulo præcedente vidimus, in eam sententiam inclinavit, vt crederet Angelum esse vbiique. Probatur conclusio, quoniam maior perfectio, maiorumque vis requiritur ad simul applicandam substantiam indiuisibillem maiori loco, quam ad applicandam eam minori: sed angelus est finita perfectionis: ergo non poterit applicare suam substantiam infinito spacio simul, sed solum certo & determinato pro quantitate perfectionis cuiusque.

3. Conclusio. Quoad paruitatem, non datur tam paruum spaciū, in quo possit esse angelus, quin possit esse in minori, in modo potest esse in uno solo puncto. Hæc est Diu Thoma hoc loco, & complūrium aliorum. Quidam Hibernus, quem Gregorius in 2.d.2. quæst. 2. art. 2. refert, in ea fuit sententia, vt crederet, angelum esse non posse in minori loco, quam sit maximus, in quo esse potest: non secus ac corpora in singulis instantibus nequeunt existere in minori loco, quam sit is, quem tunc occupant: et quod licet liberum sit homini hunc vel illum locum occupare, non tamen esse in minori, quam sit is, quem occupat: quandoquidem quantitas, qua est affectus, eum totum naturaliter efflagitat. Contraria tamen sententia est communis. Applicatione namque substantia angelii ad tantum, vel tantum spaciū, fit mediante virtute ipsius motu, quæ suapte natura imperio voluntatis subest: quo sit, vt angelus, modò ad maius, & modò ad minus spaciū pro libertate sui arbitrij possit eam applicare. Confirmatur, quia rationalis animus, modò est in minori spaciū, modò in maiorī, quia modò accrescit, modò decrescit homo: ergo idem maiorī cum ratione, nobiliorique modo, nempe pro voluntate, angelo conueniet.

Scoti opinio arbitrantur dari terminū paruitatis spaciū diuisibiliū, in quo sit angelus.

Scotus in 2. distinc. 2. quæst. 6. consentit cum Diu Thoma, angelum esse posse in puncto indiuisibili, Quamvis negent Gregorius & Gabriel eadem dist. aliisque Doctores Nominales, qui eiusmodi indiuisibilia in continuo reperiunt negant, & propterea arbitrantur, nec dari in spaciū, quod continuum occupat. Licet autem Scotus in eo consentiat cum Diu Thoma, arbitrantur tamen dari terminum paruitatis spaciū, in quo potest esse angelus, ita vt esse non possit in minori spaciū diuisibili, tam secundū longitudinem, quam secundū latitudinem, & profunditatem.

Probat vero id primò, quia, si non daretur terminus paruitatis, angelus esse posset in quantocumque magno spaciū secundū longitudinem, ita vt nullus daretur terminus longitudinis. Consecutionem probat, quia datur quadratum duorum palmorum, in quo toto, verbi gratia, dicas angelum posse esse simul: tunc si non detur terminus paruitatis, quoad longitudinem & profunditatem, poterit esse in quadrangulo, qui sit quatuor palmorum secundū longitudinem, & viii palmi secundū latitudinem: quippe cùm sint æquales, & ex 35. primi Euclidis id, quod esse potest in uno equali, possit esse in alio, nisi figura id impedit, vt in angelo non impedit. Rursus poterit esse in quadrangulo, qui sit octo palmorum secundū longitudinem, & dimidij palmi secundū latitudinem, & in quadrangulo sexdecim palmorum secundū longitudinem, & quartæ viii palmi secundū latitudinem, atque ita procedendo in infinitum, eò quod hi omnes quadranguli sint æquales. Si ergo quis dicat, non dari terminum paruitatis spaciū, quoad longitudinem, confiteri tenebitur non dari terminum longitudinis.

Artic. ij.

Secundò, posse esse in minori, & minori spacio *sensu* exigit maiorem ac maiorem perfectionem in angelio non minùs quam posse esse in maiorī, & maiorī spacio: quippe cùm maior virtus requiratur ad existendum in spacio minori, quam sit illud, quod est ipsi proportionatum, quam ad existendum in fibi proportionato: ergo quemadmodum, vt angelus esse possit in maiorī ac maiorī spacio sine termino, necessarium est angelum esse virtutis infinita: ita quoque vt infinitum esse possit in minori ac minori spacio, necessaria erit in eo virtus & essentia infinita: cùm ergo nullus angelus sit tantæ virtutis, fatigatur dari terminum paruitatis, in quo angelus esse potest.

Contraria nihilominus sententia est amplectenda cum Diu Thoma hoc loco, Gregorio loco citato, & pluribus aliis. Etenim substantia angelii ex se nullus locus quantumcumque parvus repugnat: quippe cùm esse possit in solo puncto, vt Scotus concedit: cùm ergo ad imperium suæ voluntatis applicet se loco maiorī, aut minori, prout libuerit, tamen nullus erit locus diuisibilis, in quo sit, quin in minori esse possit.

Ad primum ergo Scoti, neganda est consecutio. Ad probationem dicendum est, sicut Scotus ipse in suom exemplo affirmat, licet spaciū semper sit æquale in quadrangulis illis, angelum tamen non posse esse in quadrangulo quantumcumque magno, eò quod daretur terminus minor minimus quo ad latitudinem, in quo possit esse angelus, ita etiam nos dicere, quamvis in quadrangulis illis semper spaciū est æquale, angelum tamen non posse esse in quadrangulo quantumcumque magno, eò quod daretur spaciū maius maximo quoad longitudinem, in quo possit esse. Nos enim admittimus terminum longitudinis, & negamus terminum paruitatis. Possumus etiam retorquere in hunc modum argumentum in Scotorum. Quia ipse concedit angelum posse esse in spacio indiuisibili: applicet ergo se angelus linea, & applicet se quam maxima linea potest se applicare. Tunc però, vel illa erit infinita quoad longitudinem, vel non? Primum non dabit: quippe cùm absurdum reputet angelum applicare se simul infinitè longitudini. Si vero der secundum, cùm ex quocumque quadrato confici possit quadrangulus longus & latus, quod in longitudine excedat lineam daram, eò quod illa sit finita: utique si cut ipse dicteret angelum non posse esse in linea longiori, eò quod excederetur terminus longitudinis præcisè sumptæ: ita nos dicemus, angelum non posse esse in quadrangulo quantumcumque magno, consecuto ex dato quadrato: eò quod similiiter excederetur terminus longitudinis, in qua angelus esse potest.

Quo loco obserua, spaciū maximum, in quo angelus esse potest, sphera metiendum est: hac enim figura est omnium capacissima, & in qua partes sunt magis unitæ. Neque valet hæc consequentia: angelus esse potest in tanto spaciū sphærico: ergo est poterit in æquali, si sit quadratum. Ratio est, quia diametri quadrati lōgior est diametro sphæri, quando area seu spacia sunt æqualia: circumferentia etiam quadrati longior est circumferentia circuli: difficultas vero est angelū applicare se spaciū, in quo partes magis distat, quam in quo minus distant. Propter eandem rationem non valet consequentia, quā facit Scotus, videlicet, angelus esse potest in tāto quadrato: ergo est poterit in quadrangulo altera parte lōgiori æqualis areæ cum area quadrati: altera namque quadranguli altera parte longioris simul sum-

*Centrum
spaciū appa-
ratur.*

Ad prius.

C D E F

argumentum in Scotorum. Quia ipse concedit angelum posse esse in spacio indiuisibili: applicet ergo se angelus linea, & applicet se quam maxima linea potest se applicare. Tunc però, vel illa erit infinita quoad longitudinem, vel non? Primum non dabit: quippe cùm absurdum reputet angelum applicare se simul infinitè longitudini. Si vero der secundum, cùm ex quocumque quadrato confici possit quadrangulus longus & latus, quod in longitudine excedat lineam daram, eò quod illa sit finita: utique si cut ipse dicteret angelum non posse esse in linea longiori, eò quod excederetur terminus longitudinis præcisè sumptæ: ita nos dicemus, angelum non posse esse in quadrangulo quantumcumque magno, consecuto ex dato quadrato: eò quod similiiter excederetur terminus longitudinis, in qua angelus esse potest.

Spatio a-

qua angu-

ris fer-

rebus.

magis

unita.

metri.

ferre.

magis

unita.

pta, maiora sunt lateribus quadrati eidem æqualis, simul etiam sumptis, & diametri similiter: in exemplis namque Scotti latera longiora semper accrescent in duplo, breuiora vero deacreseunt in subdupo: quare longè maius est incrementum, quam decrementum, & ob id circumferentia quadranguli altera parte longioris, semper est maior quam antea esset circumferentia quadrati æqualis quad spaciū: quod sit, vt plus distent partes in quadrangulo altera parte longiori, quam in quadrato, eaque de causa difficultius Angelus applicet ei toti suam substantiam. Aduerat tamen, quod si Angelus possit esse simul in sphera, cuius diameter sit vnius leucæ, poterit esse simul in quadrato, cuius diameter excecat vnam leucam, & in quadrangulo altera parte longiori cuius diameter sit adhuc maior: eò quod Angelum applicare se minori spatio quad latitudinem, adiuuat, vt se possit applicare maiori quad longitudinem: non tamen quantum spaciū defert quod latitudinem, poterit compensare quod longitudinem: eò quod partes magis distent, difficultius sit applicare se eis magis distantibus.

Ad secundum. Ad secundum neganda est maior. Ad probacionem vero dicendum est, supponere falsum, dari videlicet spaciū diuisibile, quod ob paruitatem impropotionatum sit substantia angelī, vt in eo existat. Cum enim substantia angelī indiuisibilis sit, possitque, vt Scotus concedit, exire in uno solo puncto: nullum spaciū diuisibile est illi impropotionatum ob paruitatem, vt in eo existat. Illud hoc loco admonuerim, quod angelus esse possit in solo puncto tamquam in loco, vt D. Thomas & sectatores illius concedunt, non leve esse argumentum probans, angelum non esse in loco per operationem in eo: neque enim intelligi facile potest operatio angelī, qua residueat in solo puncto spaciū.

4 conclus. Quarta conclusio. Angelus non potest esse simul in multis locis, si vnuſquisque sit maximus, in quo angelus esse potest. Hæc est notissima & receptissima: nam enim neutrum spaciū est maximum, in quo angelus esse potest.

5 conclus. Quinta conclusio. Angelus simul esse potest in multis locis integrantibus, partium instar, vnum totum locum, in quo sit adæquatè. Hæc etiam est notissima & receptissima. Si enim angelus sit simul in tota aliqua ciuitate: sanè erit etiam in vnaquaque domo illius ciuitatis: multæ autem eiusmodi domus, multa loca sunt integrantia illum totum locum, in quo angelus est adæquatè. Quo loco aduertere, Deum optimum maximum esse in toto infinito spaciū, quod à centro vniuersi circumquaque cogitatione concipitur, quodque potest diaina potentia repleri sine termino corporibus, tamquam in toto spaciū, in quo esse potest: in singulis autem illius partibus, ac in rebus in eis existentibus tamquam in parte illius integræ loci, existere.

Tota difficultas est, vtrum angelus incurva sphera spaciū, in quo potest esse simul, possit esse in extremis partibus sphæra, quin existat in intermediis. v.g. si sphæra, in qua simul esse potest, sit vnius leucæ, vtrum possit esse in duabus quartis partibus extremitatibus, quin existat in duabus intermediis. Ad quod, præterim iuxta sententiam de existentiâ Angelii in loco, quam articulo præcedente fecuti sumus, dicendum est, viribus naturæ nulla ratione id esse posse. Primo, quia sicut indiuisibilis rationalis animus non potest informare partes extremitas corporis, vt caput & peccus, quin informet collum intermedium: sic etiam Angelus non potest esse in partibus extremitatibus sphæra, quin simul sit in-

Molina in D. Thom.

A termediis. Secundò, quia sicut lumen non potest deriuari à sole in partem extremam spaciū, nisi per medianam, in qua lumen maneat: ita neque Angelus potest transferre suam substantiam à quarta parte spaciū extrema in aliam extreamam, nisi per medias, in quibus eadem substantia maneat. Tertiò, & serè in idem redit, quia nulla res existens nunc in sola prima quarta vnius leuca, potest inde transmittere immediatè actionem in extremam quartam partem, sed necessariò debet illam effundere per duas quartas intermedias agendo prius, saltem natura, in illis, vt q. 8. art. 1. latè ostendimus: ergo neque poterit transferre suam substantiam immediatè in extremam, per actionem, sed necessariò debet illam collocare prius in partibus interiectis.

Quidam ex sectatoribus D. Thomæ affirmant, Angelū posse esse simul in extremis partibus sphæra, quin sit in intermedietis. Fundamentum eorum est, quia quemadmodum, si subtrahat omne in applicationem sua virtutis ad locum, manebit indistinctus negativus ab omni loco, poteritque immediatè applicare suam virtutem ad totam sphæram in eam totam diffundendem operationem: ita poterit eam applicare ad solas partes extremitas, ageréque in eas, quin sit, & agat in intermedias. Verum tamen, iuxta eorum principia, quæ art. præcedēte falsa esse ostendimus, confici potest hoc argumentum aduersus eam sententiam. Si Angelus sit in solo primo quadrante sphæra, in eoque solo operetur, non poterit manendo in eo transmittere actionem in extremum quadrantem, rationeque illius collocare ibi simul suam substantiam, quin agat, colloceretque eam in intermedietis, eò quod ratione actionis in primum quadrantem, collocationisque sue substantiae in eo, distaret ab extremo quadrante, nullumque agens immediatè suppediti possit agere in distâs, quin prius agat in medium: ergo saltem postquam Angelus collocavit suam substantiam in primo quadrante sphæra, non poterit collocare simul eandem substantiam in extremo quadrante, quin illam collocet in intermedietis.

Queres, an Angelus diuina potentia possit esse simul in multis locis? Pars, quæ affirmat, vera est. Quia tamen, quid de corporibus concesserit, majori cum ratione de Angelis concedet: remque quod ad corpora attinet, disputauimus 4. Physicorum, disputandaque est in tractatu de Eucharistia, super se deo hoc loco ab hac questione.

*Contraria
quorundam
D. Thomæ
sectorum senten-
tia.*

*Divina vir-
tute posse an-
gelum simul
esse in pluri-
bus locis.*

ARTICVLVS III.

Vtrum plures Angelii possint esse simul in eodem loco.

POSIT A opinione, quam circa modum existendi substantia spiritualis in loco art. 1. stabilium, dubium esse non potest, quin multi angelii, immo omnes possint esse simul in eodem loco. Substantia namq; angelii, existentiæq; illius in loco, nō magis impedit alium Angelum, quam corpus eum impedit: sed vnuſ Angelus potest esse simul cum corpore in eodem loco: ergo etiā cum alio Angelo, parique ratione cum omnibus simul. Confirmari idem potest primò, quoniam, vt habetur Luc. 8. in uno homine erat legio demoniorum: non est autem vero simile tam multos dæmones fuisse simul in eodem homine, & tamen non fuisse in eodem loco. Secundò, quoniam vnuſ Angelus potest alii loco pellere, aut eum in loco detinere: id autem non intelligitur qua ratione fieri possit, quin eorum substantiae sint simul in eadem parte spaciū. Tertiò,

Aaa 3 dato

dato opposito, sequeretur, quod, me existente intra sphæram, in qua est Angelus, qui me custodit, dæmon non posset accedere ad me tentandum, nisi prius depelleret angelum, qui me custodit, aut nisi prius ipse recedat: quod non videtur verum: simul namque & Angelus malus tentando, & bonus adiuuado, incitare & inclinare me possunt ad diuersa.

Diui Thome sententia.

D. Tomas in hoc art. docet, plures Angelos esse non posse simul in eodem loco. Caietanus in hoc codem artic. Ferratiens. 3. contra gentes cap. 68. & alij D. Thomæ sectatores laborant in eo exponendo, ac defendendo. Quicquid autem senserit, sanè, etiam iuxta principiū D. Thomæ, negandum non est, Angelos per potentiam naturalem posse esse simul in eodem loco. Neque enim nullum est absurdum immediatè in eodem spacio simul operari: at verò si simul immediatè in eodem loco operentur, proculdubio erunt ibi secundum suas substantias: eo quod nulla ratione esse possit immediata operatio aliquius in aliquo loco, quin is ibi sit secundum suam substantiam: inde enim efficaciter demonstratur, Deum esse ubique, ut quæst. 8. art. 1. latè ostendit. Porro quod nullum absurdum sit multos Angelos operari simul immediatè in eodem loco, probatur primò. Quoniam à pluribus causis, quarum qualibet sufficiens est, ut producat effectum vnius speciei, prouenire potest effectus illius speciei, attamen erit distinctus numero ab eo, qui produceretur ab unaquaque carum, ut s. metaph. ostendimus. Secundò, quia cum Angelis sint agentia libera possint que plus, & minus applicare vim suam ad operandum, absurdum non est, si vnum Angelus tam remisè eam applicet ad productionem aliquius effectus, ut aditorium, & cooperationem immediatam alterius Angeli ad productionem eiusdem effectus admittat: tunc autem vterque Angelus erit simul in loco, ubi talis effectus producitur: tum quia nihil potest agere immediatè in aliquem locum, quin in eo sit secundum suam substantiam: tum etiam quia iuxta sententiam D. Thomæ art. 1. Angelus est in loco per applicationem sua virtutis ad locum quocumque modo, neque est necesse, ut applicet eam tamquam totum agens, sed satis est si applicet eam tamquam pars totius agentis. Tertiò, quia vnum Angelus producere poterit vnum effectum, alius verò alium in eodem loco, & vnuquisque tamquam tota & integra causa. Quartò, quia cum motus localis magis ac magis incitari possit in infinitum, nullaque virtus finita intendere ita motum possit, certè poterit dari tanta velocitas motus in aliquo mobili, quantam vnum solus Angelus non possit efficiere: ad illam ergo efficiendam concurrent non immerito poterunt multi Angelii simul, & per consequens, ratione illius actionis transeuntis, esse poterunt per potentiam naturalem in eodem loco.

QVÆSTIO LIII.

De motu Angelorum.

ARTICVLVS I.

Virum Angelus posse moueri localiter.

*Darandi de
motu angelo
rum perci-
pientia.*



V R A N D V S quemadmodum in 1. d. 37. p. 2. dist. q. 1. in eam inclinavit sententiam, vt assenseret, Angelum secundum suam substantiam esse ubique, ut q. præcedente art. 2. explicauimus: sic etiam in eadem parte dist. q. 2. in eam consequenter propendet sententiam, vt dicat, non moueri localiter. Eatenus

A verò impropriè moueri, quatenus per operationem, ac effectum apparer in distinctis locis. Eo modo quo Filius Dei per effectum incarnationis dicitur descendisse de cœlo, & Spiritus sanctus per suum effectum dicitur venisse super Apostolos. Est hæc sententia periculosa in fide, non minùs quam illa alia de existentia Angeli ubique, ex qua hæc pender. Contrariumque videtur factis aperte colligi ex testimoniis Scripturarum, quibus illam aliam q. præcedente art. 1. memb. 1. impugnauimus, docēntque aperte Damascenus, Chrysostomus, & Ambrosius, atque alii patres in eis sententiis quas eo loco allegauimus.

B Tres sunt conclusiones D. Thomæ in hoc art. Prima est. Angelus æquiuocè dicitur moueri localiter, nec est aliud motus Angeli, quam diuersi contactus diuersorum locorum successivæ. Cum enim Angelus, ex sententia D. Thomæ non sit in loco, nisi per contactum virtutis, actionemque, per quam Angelus in loco operatur, ut q. præcedente explicatum est: profectò Angelum moueri localiter, effeve successivæ in alio & alio loco, non erit aliud, ex eiusdem sententia, quam sua actione contingere diuersa loca, ac preindit motus Angeli non erit aliud, quam diuersi contactus, quibus successivæ diuersa loca attingit.

C Hoc loco aduerte, de mente D. Thomæ ad motum localem Angelii non satis esse quo cumque diuersos ac successivos contactus, sed requiri eos, qui sint tales comparatione spacijs, hoc est, qui in alia & alia parte spacijs sicut immediatè ab Angelo cum quādam successione. Vnde quia Angelus mouens prius mobile, in eadē parte spacijs existens impedit immediatè impulsu ac motu, diuersis eius mobilis partibus, quæ eo successivæ accedunt, & mediatè eo impulsu mouet simul mediata totum orbem, non dicitur moueri localiter, sed, persistens semper immotus in eadem parte spacijs, dicitur mouere inde totum orbem. Quod si Angelus, vel successivæ moueat immediatè aliam atque aliam partem aeris in alia atque alia parte spacijs, vel vnum & eundem lapidem defero illum successivæ per aliam atque aliam partem spacijs, dicerit de mente Diui Thomæ moueri localiter, quia contactu successivo, per comparisonem ad spacijs, contingit diuersa loca.

D Tertia conclusio est. Angelus moueri potest modo explicato motu continuo. Probatur, quia potest per suam operationem immediatam, contactumque virtutis esse simul in loco aliquo diuisibili, inde quæ extenderet successivæ operationem immediatam in aliam arcj, aliam partem spacijs, versus quam dicitur moueri, desinendo continuè ex parte opposita operari in alia ac alia parte spacijs: hoc autem datum, Angelus successivæ ac cotinuæ, & erit ex una parte in alia, atque alia parte spacijs, & ex alia detinat aliam atque aliam partem spacijs: ergo mouebitur motu continuo per spacijs.

E Tertia conclusio est. Angelus potest simul deftere totum aliquem locum, desinendo operari in eototo, & applicare se simul toti alteri loco, ac proinde moueri, seu mutari, non continuè, sed mutatione locali instantanea, vel pluribus instantaneis.

F Sit nihilominus hæc alia prima nostra conclusio prima conclusioni Diui Thomæ contraria. Motus Angelii non est diuersus illi contactui diuersorum locorum successivæ, sed est continuè ex parte opposita existens Angelii in alia atque alia parte spacijs, quæ est in substantia Angelii tamquam in subiecto, pertinetque ad prædicamentum ubi: non fecus, ac motus localis corporis est continua acquisitione existentia in alia atque alia parte spacijs, quæ pertinet ad idem prædicamentum. Quod sit, ut motus localis